res, juntamente con el mayordomo, previas las protestaciones de no entrar en juicio con el Rey, de no acatar lo actuado con anterioridad al juramento, de no renunciar a las apelaciones y de obrar *sólo por miedo, obediencia y reverencia,* juraron en poder de Solibera defender la fe católica, perseguir a los herejes y ayudar al Santo Oficio de la Inquisición contra la herética pravedad.

* * *

Y nada más. Como epílogo, una petición de perdón al Rey, unos albaranes de subsidios para los inquisidores y un mandamiento de ejecutar en los bienes de los conversos que, habiendo prometido ayudar a la ciudad en los gastos que se hicieran contra la Inquisición, ahora se negaban, ante el fracaso, a pagarlos.

Los inquisidores hicieron su Inquisición quemando a algunos herejes en el Tozal, según se sabe por historias acreditadas; los Reyes tardaron aún mucho tiempo en perdonar a Teruel su oposición, y la ciudad se cuidó muy mucho de, en adelante, meterse en libros de caballería...

La oposición al Santo Oficio fué el último de sus gestos gallardos, tras el cual entra en la insipidez histórica de un siglo XVI, donde consumó la renunciación de su personalidad incorporándose a la legislación aragonesa, en la insulsez, sin pena ni gloria, del siglo XVII, y en la atonía del siglo XVIII, el más anodino de toda su vida...

Teruel, 8 de julio 1924.

ANTONIO C. FLORIANO.
Cronista de la ciudad de Teruel.

IX

CODIGOS VISIGOTICOS DE LA BIBLIOTECA DEL ESCORIAL (&. I. 14)

Cuanto contribuya a ir dando a conocer todo lo referente a los venerables monumentos literarios que se hicieron y todavía se conservan en España es labor laudable y meritoria. De ese modo, además de facilitar a los investigadores especializados

muchas noticias que les pueden ser útiles, se incluyen en el tesoro histórico general, que vale tanto para el gozo del espíritu y para despertar y aumentar en todos el amor de nuestra tradición gloriosa. La reconstitución de dicho tesoro requiere muchos trabajadores, por la gran variedad en que se ha manifestado en el curso de los tiempos, para aportar poco a poco materiales a los que en síntesis bien hechas levantan el edificio de nuestra Historia. Unos y otros son dignos de agradecimiento común.

Se está trabajando ya en el extranjero y también en España por identificar e ir agrupando los códices visigóticos que se hicieron en el mismo escritorio monacal o civil. Cuando consta, como parece debía ser lo ordinario, en la suscripción de ellos, nada hay que investigar; pero muchos carecen de ella por estar faltos de las últimas hojas, o porque no la pusieron, o porque solamente se consigna el nombre del escritor o copista. Este último detalle es de gran valor y guía seguro averiguando el escritorio en el que trabajaba dicho copista. En los otros casos, algunos trazos uniformes y característicos de la escritura, el modo de adornar las letras capitales e iniciales, el estilo de pintar las miniaturas, la calidad del pergamino, hasta el tamaño, son señales y auxilios que facilitan o pueden asegurar el origen por su semejanza con otros códices ya clasificados o identificados.

Verdad es que todavía están poco registrados los archivos de nuestros antiguos monasterios, cabildos y centros de cultura medievales; pero se han encontrado ya índices de algunas bibliotecas, y es de creer que en todos los escritorios llevarían un registro circunstanciado de los códices que se copiaban. Algún día se tendrá la fortuna de encontrar tales registros que, además de servir con acierto para la identificación de los códices que hoy se conservan, se admirará por ellos la solicitud y la fecundidad de aquellos escritorios, tan justamente ya alabados por todos, y se lamentará de nuevo la pérdida de algunos manuscritos preciosísimos destruídos por la bárbara incultura de tiempos no lejanos. También es de creer que si se hace un registro y examen competente de los archivos de nuestras Catedrales, han de aparecer en ellos bastantes códices visigóticos de textos conocidos y varias veces publicados unos, y otros tal vez de obras consideradas como totalmente desaparecidas. Sin que sea para

nadie una censura, es cierto que no tenemos publicados los índices de dichos archivos, a excepción de algunos, muy pocos y con poca técnica, aunque lo recomendó con altísimo interés el cardenal Ragonesi cuando era Nuncio Apostólico en España, en una circular que dirigió a todos los Obispos.

En las paleografías del padre Andrés Merino, Muñoz y Rivero, Loewe, Burnam y otros se describen y estudian ya algunos códices visigóticos, pero su lista es muy incompleta. Más notable en este sentido es la *Memoria* de Eguren (Madrid, 1859), cuya lectura es digna de recomendarse, en la que después de un intento bien hecho de la historia del origen de los archivos eclesiásticos, de las distintas escuelas literarias y paleográficas que florecieron en la Edad Media en España y de todo cuanto se refiere a los escritorios, se registran y describen numerosos códices visigóticos, bíblicos, litúrgicos, canónicos, científicos, etc.

Míster Upson Clark, en su *Collectanea Hispanica* (París, 1910), trata de dar abundantes noticias y un catálogo completo de todos los códices visigóticos conocidos. Como primer ensayo de conjunto es muy recomendable y digno de elogio. Hace Clark un llamamiento a todos para contribuír a aumentar la lista que publica. Dom De Bruyne, en *Revue Bénédictine,* de enero de 1924, añade algunas notas de códices y fragmentos no conocidos por Clark, y acaso otros también hayan respondido con aportaciones nuevas. El padre García Villada, en su reciente *Paleografía española* (Madrid, 1923), reproduce la lista de Clark y la aumenta con unos veintitrés números, tomados de otros autores y alguno dado por él por primera vez. Su lista llega hasta el número 222.

La Biblioteca del Escorial es acaso la más rica en códices visigóticos. Todos están registrados por Clark y por el padre García Villada y detalladamente descritos en mi *Catálogo de los códices latinos.* Antes había yo comenzado a publicar monografías de ellos, reuniendo cuantas noticias he podido recoger de distintas fuentes relativas a su historia, estudio y descripción. Van ya publicadas las siguientes: *Un Codex regularum del siglo IX; Opúsculos desconocidos de San Jerónimo* (*Codex epistolarum*); *Códice a. II, 9, de la Biblioteca del Escorial; Un códice visigodo de la Explanación del Apocalipsis por S.*

Beato de Liébana; El códice Emilianense de la Biblioteca del Escorial; El códice Ovetense de la Biblioteca del Escorial; El códice de baptismo parvulorum de S. Agustín. Esta es su continuación.

Las notas en latín marginales que tiene el códice están puestas por *Albarus*. Según Pérez Bayer, este Alvaro pudo ser el famoso Alvaro de Córdoba. En este caso, que es muy probable, sería copiado en algún escritorio de aquella ciudad, tan floreciente entonces en ciencias eclesiásticas. Lo confirman las notas en árabe que también tiene, que indican fué usado y utilizado por los mozárabes. En la Biblioteca del Escorial se conserva otro códice, el *Ovetense,* que perteneció a San Eulogio de Córdoba y fué trasladado, juntamente con algunas sagradas reliquias, por los cristianos, tal vez primero a Toledo y después a Oviedo, pues es bien sabido el aprecio en que tenían los códices.

Del mismo parecer es don Francisco Javier Simonet, que estudió este códice y le utiliza varias veces en su notable obra *Historia de los mozárabes de España.* En la nota 2 de la página 343 dice: "Este códice, que lleva la signatura &. I. 14, entre los mss. del Escorial, escrito en pergamino y en gran folio, contiene las *Etimologías* de San Isidoro de Sevilla, y varios tratados y Epístolas de San Jerónimo, San Dámaso, San Agustín, Teófilo, obispo, Dionisio Liddense, San Epifanio, Cromacio, Heliodoro, Simpliciano, San Liciniano, obispo de Cartagena, Severo, obispo de Málaga, San Fructuoso, Efancio o Evancio, arcediano de Toledo, y Avito, y una *Interpretatio locorum Orientis,* sin nombre de autor. Ofrece además la particularidad de tener al margen algunas notas latinas, escritas por un *Albaro,* que creemos el de Córdoba, y tres notas arábigas muy extensas en letra de aquel tiempo, que bien pueden atribuírse al mismo Alvaro o a otro docto mozárabe."

En el índice de la librería de la iglesia de Oviedo, que está al folio 95 del códice *Ovetense,* que fué hecho en la era 920, no figura ningún códice de las *Etimologías* de San Isidoro. Solamente están registrados *Liber Cronicorum beati Isidori* y *Liber nature rerum qui et in manus est.* Por aquel tiempo ya estaba escrito este códice, pues en general le colocan todos a últimos del siglo VIII o principios del IX. Es posible que después, algún rey

o monasterio le donara a aquella iglesia, pero no consta. La nota que tiene al fin, *alie epistole huiusmodi sunt in ecclesia ovetensi,* puede interpretarse que fué cotejado con el que existía en la iglesia de Oviedo, o que el que la escribió sabía que en ella se conservaba otro códice, o que, por haber dos, donó uno a la iglesia de San Román. Ewald y Loewe no pudieron precisar qué iglesia de San Román fué a la que perteneció, según la nota que el mismo códice tiene de letra del siglo XIII a XIV: *Iste liber est de ecclesia sancti romani.* Después perteneció al colegio mayor de San Ildefonso de Alcalá, en donde le examinó Ambrosio de Morales, como se verá en la nota de Pérez Bayer. Más probable es que fuera depositado en Toledo al traerle los cristianos de Córdoba.

A mediados del siglo XVII se incorporó este códice a la librería del famoso Conde-Duque de Olivares. En otras ocasiones, en que he tenido que hacer la historia de algunos códices visigóticos escurialenses y de un modo especial en el volumen quinto del *Catálogo de los códices latinos* de dicha Biblioteca del Escorial, se ha consignado cuanto he podido averiguar de la notable librería del Conde-Duque de Olivares. Haría una obra útil quien se dedicara y consiguiese hacer la historia completa de tal librería. Algunos datos proporcionan los códices hoy existentes en la Biblioteca del Escorial, pues muchos conservan todavía el *ex libris* de las iglesias catedrales o monasterios a que antes pertenecieron. Parece que su fin fué imitar o sobrepujar a Felipe II, reuniendo una librería más numerosa, más escogida, más rica que la del monasterio de San Lorenzo del Escorial. Unas veces adquiría los manuscritos y libros por compra, otras por donación, y a veces también por amenaza, abusando de su influencia y poder político, como ocurrió con la cartuja de *Aula Dei* de Zaragoza, en donde se conservaba la librería de Zurita. Una copia del catálogo de la librería del Conde-Duque de Olivares se guarda en la biblioteca de nuestra Academia, est. 26, gr. 5.ª D, número 119, en cuya portada, dibujada a pluma, dice: *Manuel Angulo fecit.—Matriti 1744.* Tal vez sea una copia del trabajo del monje jerónimo fray Lucas de Alaejos, bibliotecario del Escorial, a quien el Conde-Duque encomendó el arreglo de su archivo y librería. El cotejo de su letra con el original que se conser-

vaba en el tiempo en que se hizo la copia en la Biblioteca del Duque de Huéscar, pudiera fijamente declararlo. La publicación íntegra de dicho catálogo, sería una buena aportación literaria y base fundamental de la historia de aquella librería. En el volumen quinto de mi *Catálogo,* páginas 274 a 303, se publican los títulos de los códices latinos, copiados del catálogo de la Academia y algo de lo que se refiere a la incorporación de gran parte de ellos a la Biblioteca del Escorial. Gallardo, en el tomo cuarto de su *Ensayo,* columnas 1.479 y siguientes, publica también un extracto de dicha copia, precedido de la siguiente nota: "Ms. en fol. de 506 hojas, en Madrid, año de 1744. Existe en la biblioteca de la Academia de la Historia (*2, 72*), en pasta, con este título: *Biblioteca Olivariense.* Ms., tomo III. El copiante dice en una advertencia preliminar que "esta copia está fiel y puntualmente sacada del original que se conserva en la *Biblioteca del excelentísimo señor Duque de Huéscar*", y añade que se titula *Catálogo de la librería.* De este catálogo entresaco solamente los artículos que hacen a mi propósito. La selecta y rica biblioteca del Conde-Duque fué últimamente a parar a Sevilla, al convento del Angel, carmelitas descalzos; poseo algunos artículos de ella, con notas que lo acreditan. *Gallardo*".

Es extraño que Gallardo, que examinó la Biblioteca del Escorial, no se fijara en que en ella había muchos manuscritos procedentes de la del Conde-Duque de Olivares. Como puede comprobarse en mi *Catálogo,* una tercera parte o más de los códices latinos, hoy existentes, son de aquella procedencia. El padre Julián Zarzo, en su *Catálogo de los manuscritos castellanos de la biblioteca del Escorial,* también señala los que a ella pertenecieron, que son muchos. He visto también algunas fotocopias de manuscritos que se guardan en la Biblioteca Nacional de Copenhague y conservan todavía la signatura de la librería del Conde-Duque. Tal vez en otras bibliotecas se guarden manuscritos de ella. Si es cierto, como asegura Gallardo, que fué últimamente a parar al convento del Angel de carmelitas descalzos de Sevilla, es un punto que bien merece estudiarse. Como conjetura indico que pudiera referirse a la librería de impresos, pues de esa sección me parece que no existe ninguno en la Biblioteca del Escorial.

No conserva este códice la signatura de la librería del Conde-

Duque, pero creo que está registrado en el Catálogo de ella con la siguiente nota: "Idem opus (Etymologiarum libri), fol. regio, in membranis, cax. 17, n. 2."

Don Francisco Pérez Bayer no necesita de elogio. Está reputado por todos como uno de los más competentes trabajadores críticos de la segunda mitad del siglo XVIII. Juntamente con los agustinos padres Flórez, Risco, Merino, La Canal, el jesuíta padre Burriel y otros, contribuyó a aclarar muchos puntos históricos, desautorizar cronicones y deshacer leyendas falsas de todo género. En mi *Discurso* de entrada en la Academia se publica una nota de la actuación de Pérez Bayer en la Biblioteca del Escorial. Por Real Orden de Carlos III fué a ella en enero del año 1762 a hacer un catálogo general de todos sus manuscritos, y en tres años redactó el de los latinos, vulgares, griegos y hebreos. Como allí se dice, el trabajo de Pérez Bayer, que constaba de ocho tomos, pereció en la guerra de la Independencia, cuando los franceses quemaron la Biblioteca de la Universidad de Valencia. Por fortuna se ha salvado una pequeña parte de él en la copia de dos tomos, que se conservan en la Biblioteca del Escorial. De esta copia el señor F. García Fresca publicó un extracto en la *Revista de Archivos*, II, 218 y 233, que no da idea del valor de la obra de Pérez Bayer. Yo he ido publicando íntegramente la benemérita labor de Pérez Bayer en las monografías de códices visigóticos de que antes se ha hecho mención. Aunque ya están rectificados algunos de sus juicios o conjeturas, creo de utilidad reproducir también aquí la nota que redactó de este códice.

"ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI, et aliorum Veterum opera, Epistolae et minutiora alia scilicet:

ISIDORI Etymologiarum Codex, quem integros XX libros a S. Doctore de hoc argumento scriptos olim continuisse credibile est; Nunc autem initio totis XIX foliis, iisque, ut mox dicemus, maximis atque internas ab utraque facie columnas divisis, misere decurtatus; in quibus *primus*, et *secundus liber* integri; *tertii* autem bona pars omnino periit. Initium autem Codici fit in tractatu de *Musice;* et *Musicis Instrumentis* scilicet *Organo, tuba, tibiis,* etc.; quem excipit rubrica *De Astronomia* usque ad finem tertii libri. Quartus de *Medicina* et quintus de *Legibus,* ac

de *temporibus* videntur esse integri: Sextus qui miscella continet, de *utroque foedere* atque *Ecclesiasticis officiis* non item; ei enim non nihil in fine deesse videntur, scilicet in Rubrica de *officiis* quae omnium ejus libri postrema est. Septimus: De Sancta Trinitate mutilus est a capite, scilicet in priore ipsius Rubrica: *De Deo Patre* caetera integer. Octavo tres minimum rubricae desunt cum bona alterius parte scilicet II.ª *De Religione et Fide;* III.ª *De Haeresi et Schismate;* IV.ª *De Haeresibus Judaeorum,* et initium V.ae quae est de *haeresibus Christianorum;* item in XI.no seu postremae ejusdem libri Rubricae *De Diis Gentium* nonnulla desunt, cum ipsius libri fine; et sequentis seu *noni* initio, et prima ejusdem Rubrica integra cum bona sequentis parte quae incipit *in progenie Chaimi. Decimus* liber integer esse videtur et in ejus fine legitur: *Explicit liber decimus partis primae feliciter. Deo gratias. Amen.*

Atque hinc pergit secunda operis pars cujus Liber primus, id est *Undecimus: De Homine et partibus ejus = Duodecimus: De pecoribus et jumentis = Tertius decimus: De Mundo, Atomis et Elementis = Decimus quartus: De Terra et Orbe = Decimus quintus: De Civitatibus, aedificiis publicis etc. = Decimus sextus: De terrae glebis, lapillis et metallis etc. = Decimus septimus: De Auctoribus Rerum Rusticarum, ac de Agrorum cultu = Decimus octavus: De bellis et triumphis = Decimus nonus: De Navibus, et eorum partibus: ac de instrumentis Fabrorum etc.* ac demum *Vigessimus liber De mensis, escis, vasis, et aliis omnino* integri sunt, nisi quod *libro decimo quarto* icon *terraqueum globum* representans forfice in orbem abscissa est.

Insunt autem his Etymologiarum Libris rarae notulae, ac perbreves, non tamen pretereurdae, saltem quae propius nos spectare videntur. In his Libro septimo Rubrica V.ª *de Angelis,* pag. 38, quo loco in textu legitur: *Novem autem esse Ordines Angelorum Sacrae Scripturae testantur etc.* e regione in margine adjicitur: *Alvarus numquam legisse me in nullo acticorum doctore recolo nouem ordines angelorum nisi in Sancto Gregorio et a domno Isidoro.* (Nota quod hic *Gregorium Sanctum* et mox *Eucherium Beatum;* Isidorum autem Alvarus utrobique *domnum* appellat.) Verum quis hic notatur Alvarus? An cognominatus *Paulli* qui vulgo *Cordubensis,* Indiculi luminosi et

aliorum operum saeculo nono vix dum inclinante Scriptor? per manum quidem licet, id conjicere nam notae ejus saeculi esse omnino videntur. Ex quo eliceremus quoque Codicem nostrum Corduba ad Carpetanos emigrasse.

Item: Eodem Libro VII. Rubrica XII. de *Clerecis,* pag. 41, quo loco in interiori columna in textu legitur: *Patriarcha graeca lingua Summus pater interpretatur,* etc. e regione in extrema Codicis ora haec habentur: *Jheronimus ordo episcopa... quadripartitus est id est patriarcis arceepiscopis. metropolitanis, et confinitimi. Patriarce sunt quattuor id est roma sedis petri apostoli. antiocia ubi prius a petro fundata est ecclesia. alexandria. sedis marci euangeliste. atque constantinopoli. que a Constantino fundata est. arceepiscopi sunt tres spalis. rabena. et jherosolima.*

Item: Libro IX. Rubrica secunda *de primis gentium sedibus* quam initio carere supra diximus quo loco in textu est: *Haec sunt gentes de stirpe Jafeth quia tauro monte ad Aquilonem,* etc. in margine sic legitur: *Beatus Eucherius a taur. monte qui in media assia est. habitationem filiorum japhet conscripsit. ec... quas gentes ex ejus stirpe descendunt adnotavit. Eucherius quippe doctor est antiquissimus: nam ante dom. Isidorum annos fere CLXX clarens extitit.* Hunc autem D. Eucherium Lugdunensem Episcopum esse puto, id est Seniorem ex tribus cognominibus in Gallia, qui varia in vetus ac novum Testamentum scripta ad posteros transmisit. Indicem videris apud Gesnerum, claruit autem ad Christi annum CCCCXL, scilicet ipsis CLXX annis ante Isidori tempora.

Item: eodem Libro IX, et Rubrica folio tamen 48 pagina prima, quo loco est in textu: *Languebardos vulgo fertur nominasse prolixa barba et nunquam tonsa;* in margine haec leguntur: *Hii languebardi gotis esse propinquos ipsi goti hoc referunt...* Nota gotos mauri propinquos non romanos.

Hac eadem pagina secunda folii 48, quo loco in textu est: *Jam vero his qui antipode dicuntur eo quod contrarii esse nostris vestigiis putantur... nulla ratione credendum est etc.* in margine legiur: *Homines sub terris esse ulla historia soliditate adfirmat.*

In fine autem libri quinti folio 30 pagina prima qua loco sex-

ta mundi aetas recensetur, et in aliis Codicibus annus quo scripti fuere signatim indicatur, aut aliquid adjicitur ex quo elici possit in Codice nostro nudus est Isidori textus. (*Copia el fin del libro V.*)

Atque hactenus de ea Codicis nostri parte quae Isidori Etymologiarum Libros continet; quia vero plurima supersunt nobis in Codice describenda Catalogum eorum uno obtutu inspiciendum sistimus; de singulis quod observatu dignum videbitur suis locis, ac singillatim dicturi. (*Pone el catálogo de los opúsculos y epístolas que contiene.*)

Ex his autem quindecim opusculis bina nobis e vestigio selegimus ex asse describenda, scilicet EVANTII ARCHIDIACONI et AVITI epistolas utramque enim INEDITAM ex Cardinalis Aguirrii, ac Nicolai Antonii et aliorum silentio conjicimus, cum merito suo, et eorum qui easdem conscripsere quos omnes HISPANOS fuisse constat, publica luce dignissimae sint. (*Copia la Epístola de Evancio.*) Hactenus EFANTII seu EVANTII ARCHIDIACONI Epistola: verum quis iste Evantius fuerit? Hoc nobis opus hic labor est; Gesnerus certe et Nicolaus Antonius quos tantum ad manus habemus nullius Evantii meminere. Hispanum autem cum fuisse Epistolae stilus ac *Caesaraugustae* urbis mentio et quod reli- opusculorum Codicis nostri Auctores qui Evantium praecedunt, et consecuntur, item Hispani sint satis videntur indicare. Nec dubium est quod is florente gothorum imperio id est saeculo septimo claruerit cum in Epistola mentio jam fiat *Pastoralis Sancti Gregorii Papae.* Nos autem pergamus ad (*Copia la Epístola de Avito.*) De hujus Epistolae Auctore minus nobis quam de praecedentis elaborandum quando quidem Paullus Orosius binos AVITOS Synchronos eosque Hispanos in Historiarum Libris profert (apud Nic. Anton. Biblioth. vet., libro III, Cap. I, núm. 3). Tertium alterum praenomine *Alcimum* Viennensem in Gallia archiepiscopum, et cognomines antiquiores alios consulto mittimus, cum sciamus Avitum cujus Epistola de qua agimus est omnino in Hispania, ut reliqui opusculorum nostri Codicis Scriptores, natum fuisse. Ex binis autem AVITIS constat eum qui vulgo BRACARENSIS audit saeculo Christi quinto non multum adulto claruisse, et graecum Luciani Presbiteri librum *de revelatione sepulcri et reliquiarum Corporis Sancti Stephani Protomartyris ab*

ipso Latii jure donatum e Hierosolymis per Orosium cum epistola sua ad Occidentem transmisisse, ut Genadius, Gesnerus, et prae aliis Nicolaus Antonius testantur. Alterius AVITI nullum, quod scimus, ejus doctrinae monumentum ad posteros traductum extat; ejus certe nec Gesnerus neque Nicolaus Ant. inter Scriptores meminere; ex quibus fit ut *Epistolam* quoque nostram priori illi Avito prae posteriori isto adjudicandam censeamus, sicut est librum cujus in Epistola meminit, et versu a se conscriptum ait. *De Consolatoria castitatis ad Fuscinam Virginem,* quod utrumque Nicolai Antonii diligentiam fugisse videtur.

Discimus praeterea ex Epistola nostra huic *Avito* sororem fuisse *Fuscinam* nomine; item germanum fratrem Apollinarem Episcopum; nam *to germano* quod habetur in Epistolae Rubrica nobis appellativum potius quam proprium (nisi binominem *Apollinarem* volumus) videtur; aut officii seu fraternae caritatis nomen; sicut et illud *sororis* et *germanae* ad Fuscinam; id quod etiam illa Epistolae verba *vel de religione communium parentum vel de virginibus nostrae familiae* et alia satis videntur indicare. Quisnam autem, aut cujus in Hispania sedis Episcopus Apollinaris fuerit? Oculatiores viderint. Nos autem ad alia quae secuntur opuscula procedamus.

Ac de primo quidem quem *Indicem geographicum locorum sacrae scripturae,* seu *locorum orientis* appellatum diximus nihil nobis succurrit, nisi quod forsan Hieronymum Auctorem habet, quem *nomina Hebraica secundum ordinem litterarum ex Philone* interpretatum fuisse ex Gesnero et aliis discimus. De quo nos fortassis alibi.

De LICINIANO autem Spartariae Carthaginensis Episcopo cujus nomen praefert *Epistola de libro Regularum ad Sanctum Gregorium directa* quam nos secundo loco inter opuscula collocavimus; necnon binae quae sequuntur Epistolae numeris 30 et 40, altera ad *Epiphanium Diaconum* altera ad *Vincentium Evositanae Insulae Episcopum;* necnon de SEVERO Malacitano Episcopo cujus etiam nomen prior illa ad *Epiphanium* in fronte adscriptum habet, plura apud Nicol. Ant., lib. IV, cap. II, a num. 27, legi possunt, ac de praeclaris utriusque eximii viri gestis; scripta quod attinet et signanter Epistolas nostras sciendum est priorem illam de libro regularum ad Gregorium Papam a Luca Dacherio primum in to-

mum II *Spicilegii* sui relatam fuisse, atque inde cum exemplari Ecclesiae Toletanae collatam ab Eminentissimo Aguirrio in *Collectione Maxima Conciliorum Hispaniae* recusam tom. II, a pag. 427, binas autem reliquas *eatenus* (ut idem Aguirrius in eorum prologo testatur) ineditas ipse vulgavit primus easque priori alteri Epistolae subjecit a pag. 428, usque ad 432 ejusdem secundi tomi. Atque utinam otium nobis esset ut ternas has ab Aguirrio editas Epistolas cum iisdem, ut in Codice nostro habentur, conferremus. Si cui tamen id vacat, in eo operam minime lusurum sciat.

Fructuosi Epistolam ad Recesuinthum deprecatoria ut mitius cum quidam noxiis agat, quam nos inter Codicis opuscula numero 5.°, retulimus primus omnium edidisse videtur Laurentius Ramirez de Prado in *Collectione operum Luitprandi,* Plantinianis typis M.DC.XL. sed tanquam ex Collectione alia Epistolarum quarundam veterum Praesulum Juliano Sanctae Justae Toletanae Archipresbytero in unum opus redacta. Meminit ejus quoque Epistolae Nicolaus Antonius in Fructuoso libro V, cap. V, Biblioth. vet. quam in S. Ildefonsi Collegii Complutensis vetustissimo Codice extare ait. Aguirrius item ejusdem exemplum ex Codice gothico Ovetensis Ecclesiae qui in Toletanam postea migravit nactus fuisse videtur quod anecdotorum Collectioni quam meditabatur cum aliis minutioribus opusculis edendum destinabat, ut idem Nicolaus Antonius loco superius citato docet. Nos autem quod ad manum Luitprandum Ramirezii non habeamus, neque in Escurialensi Bibliotheca eum reperire potuerimus editam cum Codice nostro conferre minime possumus; nec autem eam hic sisteremus integram deterruit nos pridem fugientis quo scripta est Codice nostro characteris, ac plane exesi indoles: postea vero mutato consilio placuit ipsam sistere utrumque lacunis deformatam scilicet ut cum priore illa Ramirezii committi, et conferri possit. (*Copia de la Epístola de S. Fructuoso.*) Hactenus Epistola Fructuosi, cujus verba *Regali simul et sacerdotali clementia,* nec non posteriora alia *et Tu mihi... post Deum amantissime ac venerantissime ac sanctissimi patres et famuli uestri Pontifices Dei*: satis indicant eam ad Recesuinthum regem a Fructuoso missam quo tempore Concilium celebrabatur, scilicet in eodem recitandam. Fuit autem illum Concilium aut vehemen-

ter ego fallor, *Toletanum octavum* anno Domini DLIII habitum, in cujus secundo canone sub rubrica: *De incauto juramento*: magna ac prolixa discussione a Patribus disceptatum fuit, num liceret Regi, ac Patribus et universae gothorum genti resilire ab eo quod incaute juraverant *scilicet* (verba sunt Recesuinthi in praefatione ad Patres hujus Concilii) *ut cujuscumque ordinis vel honoris persona quae in necem regiam excidiumque Gothorum Gentis ac patriae detecta fuisset uel cogitasse noxia uel egisse: irrevocabilis sententiae mulctatus atrocitate nusquam mereretur veniae remedium uel alicujus temperantiae perciperet quale subsidium.* Cum enim hinc juramenti fides inde vero diuturna noxiorum calamitas Regem Patresque religiosos juxta ac pios pariter urgeret quodam modo perplexi erant et quo se verterent nesciebant quia (ut ipse initio secundi Canonis ajunt) *ex Dei nominis profanatione non aberat quod tenebat; et ex prohibitione pietatis aberat quod taedebat. Dumque alterno periculorum abjecta se prolatae sententiae compugnarent periclitabamur* (pergunt) *in bifido partium dissidentium calle donec a Patribus* in hanc sententiam itum fuit *ut indulgentiae concessa Regi licentia miserationis ipsius opus in gloriosi Principis potestate* redigerent; *ut quia Deus illi miserandi aditum patefecit remedia pietatis ipse quoque non deneget* ut in eodem Canone habetur; ad hanc igitur a Regis et Patrum animis anxietatem depellendam faciunt insignia illa Epistolae nostrae verba: *Frustra juramentum causa impietatis obtenditur* quam sacri Canones inter notissimas eorum regulas adoptarunt: et alia quibus si impium *juramentum facinus abrogat misericordiae bonum regali saltem et sacerdotali clementia: ualde crudele est ut abdicetur indulgentiae patrocinium.*

Quae cum ita profecto esse videantur, habemus Epistolam nostram ineunte anno Christi DLIII aut superiori exeunte a Fructuoso scriptam nam Concilium eo anno XVII die Calendarum Januariarum coactum fuisse perhibetur; eo autem tempore Fructuosus Monachus in Bergidensi Eremo vitam agebat nec dum ad Bracarensem, immo neque ad Dumiensem Ecclesiam assumptus erat.

Atque haec de Fructuosi Epistola.

De binis quae consequuntur EVANTII Archidiaconi; et AVITI Bracarensis Epistolis satis superque a nobis dictum.

Quinae nobis aliae Sisebuti Regis ad Cecilium Mentesanum Episcopum et ad Caesarium Patricium et Patricii ad Sisebutum Epistolae ἀμοιβαῖαι hoc loco veniunt describendae quas scilicet numeris octavo usque ad duodecimum attribuimus; quia vero longiores sunt quam ut institutum nostrum eas hic integras describi patiatur, nec si Typis unquam commissae fuere textum earum editum ad manum habemus, ut ipsum cum codice nostro conferamus, placuit singularum initia, et verba in quibus desinunt hoc loco adnotare nam Rubricas jam supra descripsimus in earum enumerationes. (*Copia los principios y fines.*)

Meminere harum Epistolarum post Ambrosium Moralium (qui eas ex vetustissimo Codice Gothico Ecclesiae Ovetensis integras primus omnium descripsit et retulit in volumen quod tomo I° hujus Catalogi litt. C. Plut. III, n. 14 exhibuimus) Martinus Ximena in antiquit. Gienn. Eccl., pág. 35, et Nic. Antonius Biblioth. vet. lib. V, cap. V, et quidem Moralius praeter Ovetensem Codicem, alium citat Ildefonsiani Complutensis Collegii (qui ipsisimus hic noster quem describimus est ut mox dicemus) quem utrumque se vidisse testatur; Ximena vero Toletanum alium Codicem laudat in quo easdem Epistolas extare ait: viderat quoque et collegerat pridem ipsa Cardin. Aguirrius ut ipse saepius affirmat; nos autem ex Ovetensi Moralii exemplo descriptas, et cum Codice Complutensi, ac Toletano conferendas in adversaria nostra refferri curauimus.

Sequitur ordine Epistola ad *Eusebium* quam Anonymi (cujus nomen avulsum erat) pridem dicebamus et numero XIII recensuimus; eam autem Sisebuti Regis esse atque ad Eusebium Episcopum (forsan Metropolitanum Tarraconensem nam ei Rex injungit ut innominato cuidam Ecclesiam Barcinonensem regendam gubernandamque committat) directam, ex Moralii Ovetensis Codicis exemplo quod nuper a nobis in priore hujus Catalogi volumine descriptum diximus, omnino dicimus; nam eo loco extat sub hac rubrica meliorem quam nostri Codicis fortunam experta. (*Copia el* inc. y expl. *de esta Epístola.*)

Superest ut de binis BULGARANI Comitis (an Episcopi? Nam

in Moralii Ovetensi exemplo *Episcopus* alicubi vocaretur) Epistolas Codicis nostri agamus, quarum altera est ad Episcopum quemdam pro cujus nomine scribendo vacuus in Codice locus relictus, si tamen hactenus impletus non est. Moralius autem cum in Ovetensis Codicis Rubrica huic Epistolae praefixa invenisset: *Domno Ill. Episcopo;* Illustris ei nomen fecit non animadvertens to Ill. in Codicibus ante annum Millessimum Christi exaratis *incertum* quemdam cujus nomen reticere volumus potius significare, atque idem omnino quod in recentioribus atque hodiernis codicibus to N (quem Hispani ex *Peloni* Hebraeorum dicimus *Phulano*). Hic autem Moralii lapsus Nicolaum Antonium in eandem sententiam, non autem Aguirrium pertraxit. Altera autem Epistola BULGARANI, ad Gunthemarum Regem directa est. Moralius multo plures ex Ovetensi Codice Bulgarani Epistolas descripsit; noster autem binas tantum exibet in postremo omnium ejusdem folio, ac proinde magnam earum partem exesas atque attritu paene consumptas. Nos initia, ac posteriora utriusque verba Lectoribus sistere contenti erimus, scilicet (*Copia los* inc. *y* expl. *de las dos Epístolas.*)

Hunc autem eumdem illum esse Codicem quem saepius Moralius *Complutensem* vocat scilicet, Lib. XI, cap. 70; lib. XII, cap. XIII, et signanter de quo Libro XII, cap. XI, haec habet: *I estas Cartas* (Bulgarani scilicet) *y lo demás que pertenece al tiempo de los Godos también están* (aunque no tan copiosamente) *aquí en Alcalá de Henares en otro libro grande aún más antiguo, a lo que yo creo, que no el de Oviedo, en la Librería del insigne Colegio de San Ildefonso*: mihi extra disputationis aleam positum esse videtur; cui enim alteri *notiones aetatis, loci, magnitudinis, argumenti, characteris,* et aliae quas certe *non habet unus et alter* omnino quadrent praeter unum Codicem nostrum? Certe non verus ille *Sosias,* personato in cujus figuram Mercurio in Plautti *Amphitruone,* non ovum ovo similius fuerit ut mox dicemus. Meminit ejus quoque Codicis saepissime Nic. Antonius in *Liciniano Carthaginensi,* in *Redempto, Bulgarano, Fructuoso Braccarensi,* et aliis quem perpetuo Complutensem vocat, scilicet ignorans in Regiam Bibliotecam Escurialensem jam diu immigrasse: eumque alicubi *septingentorum annorum* vocat, cum bi-

nis minimum saeculis antiquior sit; sed quorsum haec, inquis? scilicet ut observemus a summo viro, et patriae Historiae Antesignano, in Codicis nostri descriptione non semel peccatum fuisse: primo quidem quod inter Epistolas *Liciniani, Severi, Fructuosi, Sisebuti, Caesarii* ac *Bulgarani,* quas in suo opere, et in Ovetensis Codicis exemplo integras describit, binas item alias de quibus superius locuti fuimus EVANTII et AVITI, Epistolas prorsus *ineditas,* neque ulli nunc quod ego sciam mortalium cognitas, non observaverit certe ne verbum quidem de iis fecerit. Silent quoque altum de ipsis oculatissimus Nic. Antonius, et Aguirrius, quippe quibus Codicem nostrum (in quo uno vixque fortasis alibi reperiantur) videre non contigit: sed hoc non tanti est.

Illud certe majoris quod piissimo ac veritatis amantissimo viro de *Liciniani* ac *Severi* Epistola adversus Vincentium Caesaraugustanum Episcopum qui ad Arianos defecerat, a se in Codice nostro visa per oblivionem excidit. Audiamus ipsum Lib. XI, cap. 70, ita loquentem: *También escribió Liciniano* (Isidorus *Severo* potius Malacitano Liciniani socio Epistolam de qua agimus attribuit) *contra el Apóstata Vincencio, que yo he visto esta su obra en un libro antiquissimo de Letra Gothica que esta en la Libreria del insigne Collegio de San Ildefonso, aqui en Alcala de Henares,* quod alterum Moralii circa Codicem nostrum peccatum fuit atque ab eo ad Cardinalem Aguirrium (1), et ad Nicolaum Antonium (2) tanti ejusque oculati testis assertione persuasos ac plane deceptos, permanavit cum res ita non habeat, nec ea Liciniani Epistola uspiam in Codice nostro reperiatur aut ullo unquam tempore in eo scripta fuerit, me scilicet qui Codicem sedulo ac diligentissime evolvi vade, nec facile vadimonium deserturo. Utriusque Moralii errati causam in procli-

(1) In admonitu ad primam Epistolam Liciniani tom. II, *Coll. Conc.,* pág. 427. Testatur porro Ambros. Morales se vidisse librum ea de re (scilicet Epistola Liciniani ac Severi ad Vincentium Caesaraugustanum) antiquissimum Liciniani litteris scriptum in Academia Complutensi.

(2) Nic. Ant. Bibl. vet. libr. V, cap. II, n 34 haec habet: Morales se vidisse affirmat in vetustissimo Codice Gothico Complutensis S. Ildefonsi Collegii majoris ejusdem nostri Liciniani quicquam operis adversus Vincentium Caesaraugustanum Arianismo infectum, contra quem et Severus scripsit.

vis est prioris quidem ea meo judicio est quod Ovetensem Codicem antequam Complutensem nostrum is auctor lustravit, cumque in illo multo plura opuscula quam in hoc contineri animadvertisset (ut ipse loco superius adducto asserit) non eum omnino neque ut oportuerat excusit, ratus scilicet in minori opusculorum collectione nihil quod in uberiori illa Ovetensi non esset, reperiendum fore. Posteriori autem *Liciniani,* ac *Severi,* Epistola alia ad *Vincentium* item (non tamen Caesaraugustanum sed Evositanum Episcopum) directa quam in Codice nostro haberi supra diximus causam dedisse potuit, ob nominum scilicet qui eam scripsere, et ejus ad quem missa fuit non usque adeo frequentem consenssionem.

Quod autem nos eam *Liciniani* ac *Severi* ad *Vincentium Caesaraugustanum* Epistola non modo in Codice nostro non haberi, sed nullo unquam tempore in eodem fuisse asseruimus, ne cui temere, aut paullo confidentius dictum videatur, praesertim cum praedixerimus plurima, neque uno in loco folia e Codice nostro avulsa, in quibus *Liciniani* de qua agimus Epistolam olim fuisse suspicari pronum est: meminisse oportet folia quae pridem Codici deesse diximus universa, ad *Isidori* Etymologias, necnon ad *Hieronymi* Epistolas, pertinere: *Liciniani* autem, et *Severi* Epistolis, necnon *Fructuosi, Evantii, Aviti, Sisebuti, Caesarii,* ac *Bulgarani,* quae quina omnium postrema Codicis nostri, scilicet a 164 ad 168 folia occupant, nihil prorsus externa vi praeter membranae purae phyliras detractum fuisse, atque integras hodie dum rectoque ordine legi posse, praeter aversam folii 168 paginam ea enim quod extrema sit omnium, attrita et frequenti collissione magna ex parte exesa, ac consumpta est praesertim sub initium Epistolae Bulgarani ad Gundemarum Regem.

Nunc autem ad Codicis nostri notiones accedimus maximus si est, atque ad eorum formam accedens, qui pro Ecclesiastici chori Officiis exarantur; binos pedes Romanos, altus, latus, sexquipedem. Membrana qua constat rudior, contumax, ac plane Hispanica. Centum olim et sexaginta et octo foliis videtur olim constitisse, quod numeri in superiori foliorum angulo adscripti satis indicant: mox ad centum quadraginta et tria redactus fuit,

ut in postrema ejusdem pagina manu non usque adeo antiqua legitur. Nunc autem centum omnino ac triginta tribus foliis (consulto ea numeravimus) constat. In ejus fine habetur haec nota saeculo decimo quarto, ut videtur scripta: *Iste liber est de Ecclesia Sancti Romani;* cui subditur alia recentior saeculi scilicet decimi sexti: *Tiene este libro ciento y quarenta y tres hojas, y es del Collegio maior de Alcalá de Henares.*

Ad characterem autem ejus quod attinet, constans is est atque ubique idem, prorsus ut Codex integer unius Librarii manu exaratus sit. Scripturae indoles omnino Gothica Hispana quo nos eam nomine scilicet ut a *Merovingica, Carolovingica,* et *Longobardica* discernamus seu si magis atriserit *Ataulphicam* deinceps appellabimus. Est autem omnino similis ei qua bini Toletani Codices constant, scilicet *Isidorus* antiquior continens Etymologiarum libros (quem nos olim eum edito Grialii textu contulimus) et vetustissimus alter Sacrorum Bibliorum ternis ut noster hic columnellis in singulas paginas distributus, quem si bene memini saeculo jam nono ineunte ad *Joannem quemdam Accitanum,* aut *Asticitanum* Episcopum pertinuisse in ejusdem fine legitur.

Ex quibus atque aliis quae Codici nostro insunt adminiculis atque ex universa ejusdem facie, septimo illum saeculo exeunte, aut sub initium sequentis, id est octavi omnino scriptum fuisse conjicio; nisi subjectum characteris ejus specimen aliud peritiores Palaeographos doceat."

Como complemento de la anterior nota de Pérez Bayer, véanse, en resumen, las noticias consignadas por el padre Flórez en su *España Sagrada* acerca de algunos puntos tratados por aquél. De Liciniano, incluído ya por San Isidoro en *de viris illustribus,* demuestra en el tomo quinto, pág. 82 y siguientes, que fué Obispo efectivo de Cartagena en España, contra el parecer de Vaseo, Morales, Aguirre, etc., y reproduce en el apéndice 4.° sus cartas, publicadas ya antes por Ramírez de Prado y otros, como lo hace constar. No obstante, como afirma Pérez Bayer, el texto de ellas de este códice del Escorial puede ser utilísimo para una edición más crítica. El padre Flórez publicó por primera vez, *España Sagrada,* VII, ap. 4.°, las epístolas del rey Sisebuto, pero no por este códice, sino tomándolas de uno de la Biblioteca Real de Madrid, intitulado *Ovctensis Codex, et alia,* que usó Ambrosio de Mo-

rales y cotejadas por el señor Infantas, doctoral de la Catedral de Toledo, con otro códice que se conservaba en aquella Iglesia. También publicó *España Sagrada,* IX, ap. 7.° de otro códice gótico de la Biblioteca Real de Madrid, la obra de Redempto, con variantes de la edición mandada hacer por Felipe II de todas las obras de San Isidoro. De los tres Avitos habla extensamente en *España Sagrada,* XV, págs. 306 y siguientes, asegurando que el que escribió al obispo Balconio, enviándole desde Jerusalén algunas reliquias de San Esteban, fué ciertamente de Braga, y que los otros dos, inficionados de los errores de Orígenes y Victorino, fueron españoles, de la patria de Orosio, como este mismo lo dice. De Evancio, que fué archidiácono de la Iglesia de Toledo en tiempo del obispo Urbano, habla en *España Sagrada,* V, 336 y 341, y no publica la carta que escribió contra los malos cristianos que en tierra de Zaragoza judaizaban en seguir la letra de que la sangre de los animales era inmunda, por estar ya publicada por Aguirre en el tomo 3.°, pág. 87 y en la edición de Luitprando ilustrado.

Del conde Bulgarano se conservan seis epístolas en la Biblioteca del Escorial; dos en este códice y otras cuatro en *b. III. 14,* que contiene también estas dos. El cardenal Aguirre había reunido siete, copiándolas de un códice de la iglesia de Oviedo y con otras de diversos autores que tenía preparadas pensaba publicarlas en una obra que él titulaba *Anécdota,* pero no lo realizó. Tres de ellas, las dirigidas a un obispo de Francia, fueron publicadas por don Vicente Noguera y Ramón en la edición de la *Historia de España,* del padre Mariana, hecha en Valencia en 1785.

Varias veces está utilizado este códice por el eruditísimo Nicolás Antonio, como ya lo indica Pérez Bayer. En cambio Arévalo solamente conoció su referencia y no le pudo aprovechar para su magnífica edición de las obras de San Isidoro. Ha sido afortunado San Isidoro, pues ya en el siglo XVI mandó hacer Felipe II una edición completa de sus obras a propuesta de Alvar Gómez, y comisionó a sabios españoles que, utilizando los muchos códices de distintos monasterios e iglesias catedrales que se habían juntado en la Biblioteca del Escorial, la realizaran, como puede verse en los preliminares de aquella edición. Después

Arévalo mejoró dicha edición, utilizando códices que se conservaban en las bibliotecas de Italia. En el siglo XVIII se aumentó la edición de Arévalo con algunos opúsculos inéditos de San Isidoro, tomándolos especialmente de códices de la Biblioteca del Escorial. Todavía, a mi parecer, no está hecha una edición completa y crítica de las obras de San Isidoro, pues son muchos los códices que en estos últimos tiempos han aparecido, y pueden mejorar y depurar el texto. Además de otros casos, sirva de ejemplo la edición de las *Etimologías* que W. M. Lindsay ha hecho (Oxonii, 1911), en la que utiliza este códice y le distingue con la letra *V*, asignándole al siglo VIII o principios del IX.

Ewald y Loewe, en *Exempla scripturae visigoticae,* describen así este códice: "Codex Escorialensis &. I, 14. Est 2.° max. menbr. tripartitis paginis scriptus saec. VIII-IX; in margine maxime fol. 166, 167, multae notae arabicae. In fine manu saec. XIII-XIV: "Iste liber est de ecclesia sancti romani" (plures erant eo tempore ecclesiae S. Romani clarissimae, ut "S. Roman de Mon-"tes" prope Toletum,, "S. Román de Hornija" prope Senticam, "S. Román" prope Lucronium, ect., quarum quae hic dicatur non constat) et manu saec. XVII-XVIII: "este libro... es del "collegio mayor de Alcalá de Henares."

